

fuit dæmoniacus et mutus, de quo egit Matthæus, xii, 22. Tertius fuit cæcus a Christo curatus in Bethsaida, dicens: «*Marci viii, 24. Quartus fuit cæcus ille a nativitate, quem Christus curavit, Joan. ix. Quinti fuere duo hi de quibus Matthæus hic. Sexti fuere illi qui paulo post a Christo sanati sunt in templo, Matth. xxi, 14.*

ET SECUTI SUNT EUM. — «*Illi cæci, ait S. Chrysostomus, sicut ante dationem fuere perseverantes, ita et post donationem non fuerunt ingrati.*» Bo-

num enim munus obtulerunt Christo sanati, scilicet sequelam ipsius. Hoc est enim quod Dæus a te requirit, «*solicitem te ambulare cum Deo tuo, Michææ vi, 8.*

Tropologicè: quomodo Christum sequi debeamus per mortificationem cupiditatum et cruceam, docet S. Gregorius, homil. 2 in *Evang.*, sub finem.

Addit Lucas, xviii, 43: «*Et confestim vidit, et sequebatur illum magnificans Deum, et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.*»

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Christus in Dominica palmarum, quasi rex Messias asina vectus, cum triumpho Jerusalem ingreditur. Secundo, vers. 12, ejicit vendentes et ementes e templo. Tertio, vers. 19, ficulneam infrugiferam maledicendo desiccet et necat. Quarto, vers. 23, respondet Scribis expostulantibus, se hæc facere ex Dei potestate et imperio, ideoque, vers. 28, dat eis parabolam duorum filiorum: unus patri obediens, alterius inobediens, ac, vers. 33, parabolam agricolarum conducentium vineam, et occidentium heri filium, ac consequenter vineam hæredem. Utraque hæc parabola significat Ecclesiam Dei, a Judæis Christum occisuris ad Gentes transferendam.

1. Et cum appropinquassent Hierosolymis, et ventissent Bethphage, ad montem Oliveti, tunc Jesus misit duos discipulos, 2. dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum ea: solve, et adducite mihi; 3. et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, et confestim dimittet eos. 4. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: 5. Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pullum filium subjugalis. 6. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Jesus. 7. Et adduxerunt asinam et pullum, et imposuerunt super eos vestimenta sua, et eum desuper sedere fecerunt. 8. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via; alii autem cædebant ramos de arboribus, et sternebant in via; 9. turbæ autem, quæ præcedebant et quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis! 10. Et cum intrasset Hierosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? 11. Populi autem dicebant: Hic est Jesus propheta a Nazareth Galilæe. 12. Et intravit Jesus in templum Dei, et ejiciebat omnes vendentes et ementes in templo; et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas evertit, 13. et dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. 14. Et accesserunt ad eum cæci et claudi in templo, et sanavit eos. 15. Videntes autem principes sacerdotum et Scribæ mirabilia quæ fecit, et pueros clamantes in templo, et dicentes: Hosanna filio David, indignati sunt, 16. et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis: Utique, nunquam legis? Quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem? 17. Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique mansit. 18. Mane autem revertens in civitatem, esurit. 19. Et videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam, et nihil invenit in ea nisi folia tantum, et ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. 20. Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit?

21. Respondens autem Jesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, et non habi-
taveritis, non solum de ficulnea facietis, sed et si monti huic dixeritis: Tolle, et jacta te
in mare, fiet. 22. Et omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. 23. Et
cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum, et seniores
populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? et quis tibi dedit hæc potestatem? 24. Res-
pondens Jesus, dixit eis: Interrogabo vos et ego unum sermonem: quem si dixeritis mihi,
et ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. 25. Baptismus Joannis unde erat? et cælo,
an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: 26. Si dixerimus: Ex cælo, dicit
nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus: Ex hominibus, timemus tur-
bam: omnes enim habebant Joannem sicut prophetam. 27. Et respondentes Jesu, dixerunt:
Nescimus. Ait illis et ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. 28. Quid autem
vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, et accedens ad primum, dixit: Fili, vade
hodie operare in vinea mea. 29. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem, peni-
tentia motus, abiit. 30. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens,
ait: Eo, domine, et non ivit. 31. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Pri-
mus. Dicit illis Jesus: Amen dico vobis, quia publicani et meretrices præcedent vos in
regnum Dei. 32. Venit enim ad vos Joannes in via justitiæ, et non credidistis ei; publicani
autem et meretrices crediderunt ei; vos autem videntes nec penitentiam habuistis postea,
ut crederetis ei. 33. Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamilias, qui plantavit
vineam, et sepe circumdedit ei, et fodit in ea torcular, et ædificavit turrim, et locavit
eam agricolis, et peregre profectus est. 34. Cum autem tempus fructuum appropinquasset,
misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. 35. Et agricolæ, apprehensis
servis ejus, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt. 36. Iterum
misit alios servos plures prioribus, et fecerunt illis similiter. 37. Novissime autem misit
ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum. 38. Agricola autem videntes filium,
dixerunt intra se: Hic est hæres, venite, occidamus eum, et habebimus hæreditatem ejus.
39. Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam, et occiderunt. 40. Cum ergo venerit
dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? 41. Aiant illi: Malos male perdet, et vineam
suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. 42. Dicit illis Jesus:
Nunquam legis in Scripturis: Lapidem quem reprobarerunt ædificantes, hic factus est
in caput anguli: a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris? 43. Ideo
dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus.
44. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur; super quem vero ceciderit, con-
teret eum. 45. Et cum audissent principes sacerdotum et Pharisei parabolam ejus, cogno-
verunt quod de ipsis diceret. 46. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam
sicut prophetam eum habebant.

Vers. 1. 1. ET CUM APPROPINQUASSSENT HIEROSOLYMIS, ET
Luc. xii. VENISSENT BETHPHAGE, AD MONTEN OLIVETI, TUNC
Ev. Mar. JESUS MISIT DUOS DISCIPULOS. — MARCUS, xi, 1, ha-
23, 1. bet: «*Et cum appropinquarent Hierosolymam et
Bethaniam, ad montem Olivarum, mittit duos ex
discipulis.*» Lucas, cap. xix, 29: «*Cum appropin-
quasset ad Bethphage, et Bethaniam, etc.,
misit duos discipulos.*» Sed Marcus et Lucas lo-
quantur in genere et in confuso, quia Bethphage,
Jerusalem et Bethania sibi mutuo vicinæ erant.
Nam aliqui particulatim ex S. Joanne, cap. xii,
vers. 1 et 12, liquet Christum præcedenti sab-
bato cenasse et pernoctasse in Bethania, ac se-

quenti die (quæ erat Dominica Palmarum) vicinius
accessisse ad Jerusalem, scilicet ad Bethphage, et
inde misisse discipulos ad adducendam asinam
cum pullo: Bethphage enim erat vicinior Jeru-
salem. Unde ex Bethania, per Bethphage montem
Oliveti et vallem Josaphat ibatur Jerusalem;
nam urbi Jerusalem immediate adiacet vallis Jo-
saphat, quam interluit torrens Cedron; post
vallem sequitur mons Oliveti, post montem vi-
cus Bethphage, et inde Bethania.

BETHPHAGE. — Hebr. idem est quod *domus oris*,
seu *in ore vallis* (Beth enim est domus; *pha*, os;
ge, vallis), ait Franciscus Lucas et Pagninus in

Nomin. Hebr., quia vicus hic Bethphage situs est in valle ad radices montis Oliveti in quadam montis cavitate, et quasi ore (†). Rursum hic vicus situs erat quasi in ore vallis Josphat, quod os efficit via brevis et stricta, per quam ex Bethphage per montem Oliveti ibatur in vallem Josphat, indeque per portam Auream in templum. Unde verisimile est quod ait Jansenius et Adrichomius, Bethphage fuisse vicum sacerdotum, in coque agnos, capras et boves pro sacrificiis templi alii solitos : quare ex Bethphage sacerdotes solebant educere agnos paschales aliasque victimas in templo (cui adiacebat Bethphage) offerendas. Eaque de causa Christus ex Bethphage cum triumpho deduci voluit per portam Auream in Jerusalem et templum, ut ostenderet se esse agrum qui tollit peccata mundi, quem agni paschales figurabant.

Rursum triumphans voluit transire vallem Josphat, ut innumeret in eadem valle se in die iudicii peracturum illud tremendum omnium omnino hominum iudicium; ac sibi fideles et obediētes caelo, infideles vero et inobediētes inferno adjudicaturum, ut ostendi *Joelis* cap. iii, 2. Jam ergo cum triumpho quasi Messias per hanc vallem obequitans Hierosolymam, velut ejus rex et dominus, regni sui quasi possessionem capit, quod deinde gloriose perficit in die iudicii, *q. d.* Agnoscite, o Judæi, me ut vestrum Messiam, mihi que credite et obedite; ut in die iudicii, quod in hac valle Josphat peragam, vos caelo adjudicem : si enim persistitis in vestra infidelitate, vos inferno tunc addicam. Hac de causa venio ex Bethania, ubi ante paucos dies a morte suscitavi Lazarum, uti omnes vidistis et obstupuistis, ut ex hoc miraculo (quod vobis per hoc iter meum tacite refrico, et in memoriam revoco) ceterisque similibus a me patris, cognoscatis me esse vestrum Messiam, mundi salvatorem et redemptorem.

Tunc Jesus misit duos discipulos. — S. Hieronymus, Auctor *Imperfecti*, Beda et Glossa putant hos duos fuisse Petrum et Philippum. Origenes vero et Theophylactus censent fuisse Petrum et Paulum, scilicet typice, hoc est hos duos a Christo missos significasse et representasse Petrum, qui futurus erat Apostolus Judæorum, et Paulum, qui futurus erat Apostolus Gentium : necdum enim Paulus conversus erat ad Christum, sed post ascensum Christi in caelum conversus est, *Actor. ix.* Verisimilius Jansenius opinatur hos duos fuisse Petrum et Joannem, quia paulo post hos premisit Christus ad parandum agnum Paschalem : nil tamen certi hic definiti potest.

Ver. 2. 2. DICENS EIS : ITE IN CASTELLUM, QUOD CONTRA

(1) Rectius : Bethphage, id est domus ficuum, beth enim est domus; phag, ficus. Et revera omnis regio ab Hierosolyma usque Bethaniam quo mox, per Bethphage transiendo, Christus iturus erat, ficis abundabat. Unde ficus exarscentes miraculum, vers. 19.

vos est. — Græce *εἰς κάμψιν καρτέρων βῆσαι*, id est in *Luc. xii.* vicum qui ex opposito vel e regione vestri est; *30; Mar.* unde patet non significari hic Jerusalem, ut vult *xi. 2.* Lyranus; sed vel Bethphage, ut vult Jansenius, vel certe vicum aliquem oppositum Bethphage, ut vult Adrichomius; nam Christus jam venerat Bethphage, ut dixi vers. 1, nisi rō « cum venisset » ibidem exponas, *q. d.* Cum appropinquasset Bethphage.

ET STATIM INVENIETIS ASINAM ALLIGATAM, ET PULLUM CUM EA : SOLVITE, ET ADDUCITE MIHI. — Christus hic res absentes, puta asinum et pullum alligatos, intuebatur ut presentes : quare certo eas Apostollis revelabat per donum prophetiæ, quod humanitati suæ contulerat ejusdem divinitatis. Quare hic divinitatis suæ dedit argumentum, ejusdem enim virtutis, scilicet divine, est prædicere futura et revelare arcana, qualia sunt absentia. Eadem virtute Christus vidit et revelavit ea que Nathanael secreto egerat sub ficu, *Joan. i, 48.*

Audi singula hæc tropologicè adaptantem conversioni peccatoris B. Petrum Damianum, homil. in *Dominica Palmorum* : « Bethphage interpretatur domus buccæ, et est intellectus sacerdotum, per quam designatur confessio. Ad hanc Dominus venit, quia ad confitendum corda accendit. Castellum quod est contra Dominum et ejus discipulos, est animus obstinatus propriæ voluntati. Duo discipuli ad illud missi, sunt spes et timor. Asina et pullus alligati, humilitas et simplicitas. Hujusmodi enim animus aliquando novit quid sit humilitas, quid simplicitas, et quod simpliciter et humiliter sit vivendum; sed quasi eas alligat et reponit dum non vult eas opere exercere. Terret hunc timor ubi a malo resipuerit, minans eis tormenta. Confortat eam spes, si pœnituerit, præmia pollicendo. Compungitur his duobus animus. Solvitur asina et pullus, cum obviam Domino eundo Bethphage confitetur se peccasse, et promittit se deinceps humiliter et simpliciter victurum. Et sic qui erat prius castellum diaboli, efficitur urbs fortitudinis nostræ Sion. Salvator ponitur in ea murus et antemurale. Murus humilitas est, antemurale patientia. Egre diamur igitur, charissimi, obviam Domino Bethphage, compuncti timore pœnæ, et spe celestis vite firmati, confitendo peccata humiliter et simpliciter, ambulando substratis vestibus nostræ carnalitat, ut in nobis dignetur sedere Dominus, et nos secum in caelstem Jerusalem introducere.»

3. ET SI QUIS VOBIS ALIQUID DIXERIT, DICITE Ver. 1. Quia Dominus (scilicet ego qui sum Messias, Deus Luc. xii. et Dominus omnium) his opus habet (ad solven- 11. 2. dum ibidem inauguratur); et confestim dimittet (Arabiceus, *mittet*) eos. — Notum Christum invitari auferri asinam cum pullo, quod jure suo summo facere poterat, quia ejus providentia operatur ut fortiter, sic et suaviter : quare eadem virtute divinitatis suæ eorum induxit animos, ut solven-

tibus Apostolis asinam cum pullo assentirentur, imo cooperarentur.

Voluit Christus, qui hucusque per tres annos continuo pedes incesserat et totam Judæam circumendo perambulavit, ostendere se regem esse Judæe, puta Messiam, Davidis filium et hæredem, ideoque regali pompa Jerusalem, quæ Judææ erat metropolis, ingreditur : at non vehitur equo phalerato, vel curru aurato cum nobilitate adequitanti turba, tubis clangentibus, purpura fulgens, uti faciunt reges terræ : sed vehitur asina, ut ostendat suum regnum esse alterius ordinis, scilicet spirituale et celeste, ideoque mite et humile, situm in contemptu pompæ, quanquam in Judæa asini sint nostris meliores et valentiores instar molorum. Unde filii principum asinis inequitabant, ut patet *Judic. xii, 14*, ubi 70 filii et nepotes Abdon principis Israel dicuntur totidem asinis vecti. Sedet Christus, ait Auctor *Imperfecti*, a super asinam tranquillitatis et pacis, omnis patientissimam ac laboris. Non autem videt in circuitu ejus splendentes gladios, aut cætera ornamenta terribilium armorum. Sed quid? ramos frondentes, testimonia pietatis. Venit ergo mansuetus, non ut propter potentiam timeretur, sed ut propter mansuetudinem amaretur (†).

4. HOC AUTEM TOTUM FACTUM EST, UT ADIMPLE- RETUR, QUOD DACTUM EST PER PROPHECIAM (Zachariam, cap. ix, 9) DICENTEM :

5. DICITE FILIE SION. — Putant aliqui hæc verba petita esse ex *Isaia* cap. lxxii, 41, quasi Matthæus hoc testimonium conflet ex *Isaia* et Zacharia. Simpliciter Franciscus Lucas et alii censent Christum citare solum Zachariam, sed non tam ejus verba, quam sensum proferre. « Dicite ergo filie Sion, » idem est quod « exulta satis (Hebr. *כָּמוֹד* mod. id est valde), filia Sion, jubila, filia Jerusalem, » ut habet Zacharias, cap. ix, 9, quia rex tuus Messias te ingreditur, ut te salvet, uti sequitur. Zacharias enim hortatur civem Jerusalem, ut Jesum asinam vectum velut suum Messiam et Salvatorem avide excipiant.

Nota : Jerusalem vocatur filia Sion, vel per synecdochen, qua a Sion parte urbis excelsiore et montana urbs tota dicitur Sion; vel per metaphoram, qua urbs Jerusalem subjecta monti Sion,

(†) In Judæa asinus notum est nostris fuisse valentiores et nobiliores, adeo ut inter præcipuos regum ministros aliquis esset. *Præfectus asinorum curæ*, quemadmodum in Gallia et alia diu viguerunt *Comites stabuli*. Igitur aliquem urbem ingredi asino sedentem nil mirum aut vile erat. Humilitatis tamen causa Hierosolymam Christus hoc modo intrare voluit, et ita ipsimet intellexerunt Judæi. Nam tunc apud eos hæc erat notissima traditio, a venturum Messiam, si Israel fidelis mansisset, a venturum Messiam, si Israel fidelis mansisset, non nubibus cæli vecturum, sed asino sedentem. « Quem nubibus cæli vecturum, sed asino sedentem. » Quæ asinum, longa nec ignobilis genealogia excogitata, Rabbinum asserbant nasciturum ab eis quibus insidebant primum Abraham Isaacum immolaturus, deinde Moses dum iret in Ægyptum. — Conf. Sepp, op. cit. t. ii, p. 13.

ab eoque protecta, et in ejus stnu quas filia requiescens, filia Sionis dicitur. Porro, per Jerusalem intelligit civem et incolam Jerusalem metonymice : hoc enim ad exultandum et jubilandum in Christi adventu invitavit. Mystice hæc vera sunt in Ecclesia Christiana, que ut Jerusalem et filia Sion est visio pacis, ideoque cum Christo suo jugiter exultat. »

ECCÆ REX (Messias) TUUS VENIT TIBI MANSUETUS, SEDENS SUPER ASINAM, ET PULLUM FILIUM SUBJUGALIS. — Zacharias habet « filium asinæ : » hæc enim est subjugalis, quia jugum viri, vel principis in ea sedentis et equitantis, sive asinantis, sustinet.

Reliqua que ad hanc prophetiam pertinent explicui *Zachariae ix, 9*, unde petita sunt.

6. ECUNTES AUTEM DISCIPULI FECERUNT SICUT PRÆ- Vers. 4. CEPIT ILLIS JESUS. — Prompta discipulorum obedientia notatur, que meruit promptum heri obsequium, uti sinceret ab eis sum asinam cum pullo abduci, ut Christus prædixerat, non dubitans eos sibi remittendos fore. Unde Marcus, cap. xi, 4, et Lucas, cap. xix, 33, idipsum satis exprimit.

7. ET ADDUXERUNT ASINAM ET PULLUM; ET IM- Vers. 7. POSUERUNT SUPER EOS VESTIMENTA (Græco *ἵδνα*, Læc. xii. 25; Mar. xi, 7. id est pallia, sive extimas vestes, quasi stragula ad ornatum et pompam) SUA, ET EUM DESUPER SEDERE FECERUNT. — Legit interpretes *ἵδνα*, jam nulli cum Syro legunt *ἄδνα*, id est *sedit*; Syrus habet, *sedit super asinam*, scilicet pullum. Verius est Christum tam asinam, quam pullo insedissem non simul, sed successive, ut dixi *Zach. ix, 9*. Prius asina usus est Jesus, ait Franciscus Lucas, deinde pullo : pullos forte par non fuisset ferendo sessori in montis ascensu descendensque, asina minus deculisset ingressum in urbem; itaque foris asina sequente pullo, pullo in civitatem sequente asina vectus est (†). Præcipue vero mysteri causa his duobus jumentis voluit uti, ut significaret non solis iis quibus promissus fuerat, scilicet Judæis, sed toti se mundo, id est duobus populis, quibus constat mundus, regnatum, Judæis Mosaicæ legis jugo assuetis, quos asina; et Gentibus, sine Dei lege viventibus hæc tenens, quos pullos figuraret. Nam a seipso peccatores equi sunt diaboli, ait Auctor *Imperfecti*, ita et Sancti equi dicuntur Christi; » quanquam miles asinos potius amet Christus, quam feroces ac superbos equos.

Discipuli hi equæ ac turba populū instincta et acta a Spiritu Sancto, sive ab ipsa deitate Christi, totam hanc regalem pompam adornavit, asinamque suis palliis quasi stragulis regalibus instravit; itaque Christum insidere fecit, ut ipsi quasi

(†) Imo rectius dicitur *ἵδνα* *ἄδνα*, super illis, positum esse pro super unum illorum, scilicet super pullum, ut liquet ex aliis Evangelistis. Sic etiam infra, cap. xxvii, 44, *crucifigat, pro unius ex crucifixis*. Enallage est numeri quæ pluribus indefinite tribuit quod eorum uni convenit; ejus mutationis passim occurrunt exempla in Scripturis, ut Gen. xix, 29; *Judic. xii, 7*.

uti ex Chaldeo, Thalmud et Elia ostendit Angelus Caninius tract. *De Nomina Hebr.*, cap. iv, et ex eo Jansenius, Franciscus Lucas et alii. Verum hoc « Hosanna » Chaldee et Thalmudicorum, posterius est nostro « osanna » Christi: nam Thalmudici et Chaldaeus posteriores fuere Christo; quare potius istud ex hoc. Nam hoc ex illo desumptum est. Adde « Hosanna » festi Tabernaculorum esse « Hosanna » afflictionis et deprecationis; « Hosanna » vero Christi hinc esse exultationis, jubilationis et triumphi: nec ergo ab illo differt tantum quantum litania a triumpho.

Turba ergo haec Dei instinctu in hanc acclamationem « Hosanna, » quae tantum et triumphantium est, in Christi laudem erumpit, aequae ac infantis, vers. 13, licet occasio illius fuerit memoria magni illius miraculi, scilicet suscitationis Lazari, quae paulo ante ibidem, puta in Bethania, facta fuerat a Christo, ut patet *Joan.* xi, 13, et *xii*, 9, 17.

FILIO DAVID, — Messiae sive Christo, Davidis regis filio et heredi: *Primo*, multi veteres haec ad turbam referunt, quasi ipsa salutem poseat a suo Messia, *q. d.* Hosanna filio David, id est salutem nostra est a filio David, vel salutem nobis obtingat a filio David, puta ab hoc Messia nostro. Ita Origenes, S. Hieronymus, Beda, Hilarius hic, S. Ambrosius in cap. *xix* *Lucae*, et Irenaeus, lib. *IV*, cap. *iv*.

Secundo, alii « filio David » referunt non ad « Hosanna, » sed ad « dicentes » *q. d.* Dicebant filio David, id est Christo, salva me, qui sum populus tuus, o fili David, id est o Messia rex noster. *Et enim* me habent Latini codices, *Psal.* *cxvii*, 23. Ita S. Hieronymus, Theophylactus, Eusebius et Genebrardus in *Psal.* *cxvii*.

Verum dico populum hic directe acclamare « Hosanna, » non sibi, sed Christo regi suo, illique apprecari salutem, indirecte tamen et consequenter sibi quoque eandem flagitare; salus enim regis est salus populi.

« Hosanna » ergo « filio David, » idem est quod « salva, queso, filium Davidis, » Sic enim verendum fuisse, juxta Latinam syntaxin; sed Interpres Graecus, aequae ac Latinus, secutus est hebraismum. Hebraei enim verbum *hosca*, id est salva construant aliquando cum *lamea*, qui est articulus casus dativi, ac subinde accusativi. Petit ergo turba rogare Deum; ut salvet et prosperet Messiam, ut sub eo salvi et felices vivant omnes, sicut novo regi populus acclamat: « Vivat rex! » Aut potius et simplicius, « Hosanna filio David, » id est, solemne illud « Hosanna » Davidicum Jesu, quae promissum et hactenus expectatum Davidis filium agnoscimus, sit, conflata, acclametur unanimiter a nobis. Quae est vox acclamationis quoque populi Sancti Spiritus instinctu agnoscens Jesum filium David, id est Messiam, aequae congratulantis tanquam regnum Davidis patris, cuius per ipsum restauratio jam diu foret

expectata, inveniunt; denique salutem, prosperitatem faustaque omnia illi a Deo precantur, eademque sibi ipsi per illum laete promittentis. Ubi enim Christus filius David appellatur, illic respectus est ad regni Davidici restitutionem. Ita Franciscus Lucas.

Porro Caninius, loco jam citato, sic exponit: « Hosanna filio David, » id est, manibus gestamus « hosannas, » id est ramos palmarum, « filio David, » ut scilicet eum velut regem Messiam honoremus, ipsumque quasi victorem et triumphantem ovantes comitemur. Vel « Hosanna filio David, » id est praescindite ramos, quos quasi hosannas filio David offeratis, sicut Poeta dixit: « Manibus date lilia plenis. » Verum aliud erat « hosanna » festi Tabernaculorum, scilicet instar litaniae ejusdem, aliud turbae hic per « hosanna » Christo triumphum acclamantis et gratulantis, uti paulo ante dixi.

Planius et plenius dicas, a populo hic Christo acclamari « Hosanna filio David, » *q. d.* O Domine, non tantum salva Messiam nostrum, Davidis filium et heredem, sed et ipsi vim salvandi fideles omnes in ipsum credentes ipsique subditos, tribue, ut salus tua divina a te in Christum tam abunde derivetur, ut ipse eandem in nos emanet et effundat. Verba enim conjugationis *Hiphil* sunt summe activa, unde saepe duplicem actionem significant; *hosca* ergo, id est salva, significat salva Christum, simulque fac ut ipsa subditos suos salvet, ut scilicet ipse, uti vocatur, sic revera sit *Jesus*, id est salvator mundi. *Jesus* enim derivatur a *יֵשׁוּעַ* *iasca*, id est salvavit, quod in *Hiphil* aduacta actione habet *וְיֵשׁוּעַ* *hosca*. Haec de causa Interpres vertit, « filio David, » in dativo, cum alias verendum esset, « filium David, » in accusativo. Dativus enim significat Christo a Deo datam salutem, id est vim salvandi omnes, quasi ipsi soli propium. Hoc nota, quia a nullo, quod sciam, antiquo adversum est.

Hic ergo Christus, quasi rex Israelis gloriosus, potens et triumphator, cui nemo resistere valeat, quasi inauguratur in Jerusalem, civitate regia, in qua olim gloriose regnarat David et Salomon, patres Christi, ut ipse regnum eorum collapsum resituit, imo perficiat, et ex tereno caeleste, ex humano divinum, ex temporali aeternum efficiat, cui proinde plebs per *hosanna* partim applaudit, partim apprecatur salutem, id est felicitatem omneque bonum. Hoc est quod ait Marcus, cap. *xi*, 9: « Et qui praebant, et qui sequebantur, clamabant, dicentes: « Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum quod venit regnum patris nostri David, hosanna in excelsis. »

Porro, hoc suum Ecclesiae regnum quasi inivit Christus quoto post die, scilicet in Parasceve Pasche, dum in cruce de peccato, mundo, demone et inferno triumphavit, omnesque gentes

eorum potestate, quantum est ex parte sua, eximit et subjugavit: quocirca Ecclesia in Missa votiva de passione Christi illi accinit: « Tibi gloria, hosanna; tibi triumphus et victoria; tibi summe laudis et honoris corona, alleluia. » Tunc enim « regnabit a ligno Deus. » Hinc rursum Ecclesia in benedictione palmarum Deum orat, « ut portantes palmas et ramos olivarum, bonis acibus occurramus obviam Christo, et per ipsum in gaudium introeamus aeternum. »

BENEDICTUS (supple, *sit*) QUI VENIT (Graece, *ὁ ἄγγελλος*, id est ille veniens, qui venturus scilicet erat, vel expectabatur) IN NOMINE DOMINI. — *q. d.* Deus benedicat, secundet, prosperet et gloriosum efficiat regnum Messiae regis nostri, ipse enim venit ad nos « in nomine Domini, » id est auctoritatis, missus et donatus a Domino. Sic *Jerem.* cap. *iv*, 16, dicitur: « Locutus es ad nos in nomine Domini, » id est jussu, auctoritate et vice Dei; et cap. *iii*, 47: « Congregabuntur ad eam (Jerusalem) omnes gentes in nomine Domini. »

Alludit ad *Psal.* *xiv*, 4, ubi David de Christo viticinas, ait: « Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime, etc.; intende, prospere procede, et regna. » Christus enim est rex Israel, ait S. Augustinus in cap. *xii* *Joan.*, 23, eo quod mentes regat, quod in aeternum consulat, quod in regnum caelorum credentes sperantes amantesque deducat. »

Tropologicè Remigius: « Christus, ait, venit in nomine Domini, quia in omnibus bonis operibus non suam, sed Patris gloriam quaerit. »

HOSANNA IN ALTISSIMIS! — Jansenius explicat, *q. d.* Salva Messiam, tu Domine, qui es et habitas in caelis altissimis. Melius Franciscus Lucas, Maldonatus et alii prepositionem, id est *in*, pro *pro* *min*, id est *de*, more Hebraeo accipiunt, *q. d.* Tu, o Domine, de caelo, imo de altissimo caelorum culmine, salva et fortuna regem Messiam. Apprecantur enim Messiae salutem, non ab homine terrenam et caducam, sed a Deo divinam, caelestem et aeternam, ut scilicet Deus divinitus eum salvet eique vim salvandi alios tribuat: ut nimirum Christus per gratiam suam, omnes suos fideles et sanctos ad aeternam salutem, felicitatem, regnum et gloriam perducat. Hinc Origenes « Hosanna » explicat restitutionem in vitam aeternam; hoc enim innuit « in altissimis, » vel, ut ipse legit, *in excelsis*, scilicet salutem hanc quaeri non in terra, sed in caelis, Rursus S. Hieronymus: « Ostendit, ait, adventus Christi totius mundi salutem esse, terrena jungens caelestibus. » Addit Glossa: « in excelsis, » quia Christus etiam angelorum est salus, quorum numerum implet. Unde Emmanuel Sa addit etiam angelos, qui in excelsis sunt, hic invitati ad triumphum et laudem Messiae. Quocirca Lucas, cap. *xix*, 38, pro « Hosanna » habet « pax in caelo » id est solus, prosperitas omneque bonum (hoc enim Hebraeis notat pax) de caelo in Messiam et

per eum in nos a Deo dimanet et deplat; « et gloria in excelsis, » supple, sit Deo Messiae dator. Aut potius « gloria » scilicet regni, firma, magna et continua, hoc est gloriosum regnum; « in, » id est *de* excelsis, puta de caelo divinitus detur Messiae nostro. Ita Franciscus Lucas. Rursus sublimius: « Pax (sit) in caelo, » ut scilicet Deus hucusque hominibus offensus, Christo, et per Christum nobis sit propitius, atque angelos hominibus, caelum terrae, Deum Synagogae reconciliet. « Hinc nonnulli, ait S. Chrysostomus, Hosanna interpretantur gloriam, alii resurrectionem; nam et gloria illi debetur, et redemptio illi competit, qui omnes redemit, » *q. d.* Gloria et laus sit Deo universorum, qui est in excelsis. Idem cecebrant angeli in nativitate Christi. Verum « Hosanna » proprie non gloriam, sed salutem significat: sed salus nostra per Christum fuit gloria Dei. Alio sensu, in praefatione sacrificii Missae, Trisagio, Sanctus, Sanctus, Sanctus, additur: « Hosanna in excelsis: benedictus qui venit in nomine Domini, » ut scilicet non Christo, sed nobis per Christum salutem precemur, postulando ut et ipse ab omnibus benedicatur, colatur, laudetur, ac vicissim benedictiones et gratias suas copiose in nos effundat. Addit Lucas, cap. *xix*, 41: « Et ut appropinquavit videns civitatem, flevit super eam, dicens: Quia si cognovisses et tu, » etc., quia praevitit et credidit horrendum ejus supplicium, et excidium per Titum et Vespasianum.

40. ET CUM INTRASSET JEROSOLYMAN, COMOTA EST UNIVERSA CIVITAS, DICENS: QUIS EST HIC? — qui cum tanto honore, plausu, congratulatione, quasi rex Israelis Hierosolyman ingreditur, idque spectantibus Scribis et Pharisaeis, imo romanis Tiberii Caesaris militibus, qui non ferebant alium Judaeae regem dici, quam Caesarem. Quare Christus hic se ut regem gerens certum aduersi capitis periculum, nisi ipse vi sua divinitatis omnes tam Iudaeos quam Romanos obstupefecisset, eosque quasi attonitos reddidisset, ut nemo in eum manus injicere auderet, imo nec de injiciendo cogitaret. Ita Abulensis et alii.

41. POPULI AUTEM DICERANT: HIC EST JESUS PROPHETA A NAZARETH GALILEAE. — Graece, *ἰσχυρῶς*, id est ille Propheta, scilicet per excellentiam, qui omnes Prophetas praedicatione, sanctitate, potentia et miraculis longe superat et transcendit, ideoque est Messias rex Israelis. « A Nazareth: » licet enim Jesus esset natus in Bethleem, tamen in Nazareth erat educatus. Christus hac sua gloria dedit occasionem sibi *in* *caelis*; Scribae enim per illam ad ejus invidiam modum concitati, post quatuor dies eum crucifixerunt. Nimirum Deus omnium praescius, haec omnia partim positive, partim permissive ordinabat, ut ex iis eliceret majus bonum, scilicet redemptionem mundi per Christi mortem faciendam. Multa ergo Scribarum improbiti Dei consilium et decre-

tum de morte Christi et redemptione mundi, uti docet S. Petrus, *Act. II.*

42. ET INTRAVIT JESUS IN TEMPLUM DEI, ET EJECIT AB OMNIBUS VENDENTES. — Jesus ingrediens Jerusalem, non arcem Sionis, quasi alter David, sed templum adit, ut ostenderet se esse Filium Dei Patris, qui in templo colebatur, illique honorem hic sibi a populo attributum, omnemque gloriam suam acceptam referret, quem non alio fine susceperat, quam hoc, ut homines ad Deum adduceret. Quocirca non est dubium Christum in templo Deo Patri gratias egisse, quod se velut Messiam toti urbi patefecisset, imo totius populi applausu glorificasset. Rursum prima Jesu, utpote Pontificis et Messie, cura erat templi. Unde ingrediens urbem, illud primo adit, ut nos idem facere doceret. Hæc de causa iter suum adornavit per Bethaniam (ubi suscitavit Lazarum) et Bethphage, quæ erant ex opposito templi, ut per illas statim pergeret ad templum. Nam, ut dixi vers. 1, Christus ex Bethphage transiens montem Oliveti, inde per vallem Josaphat directe perrexit ad portam Auream (quæ tam templi erat, quam urbis), juxta quam erat aquila aurea erecta ab Herode: quare per portam hæc illic ingressus est in templum. Vide Adrichomium in descriptione Jerusalem, iter hoc Christi graphice delineantem, qui et addit tradi a nonnullis Auream hanc portam solere esse clausam, sed ad adventum Christi quasi per miraculum fuisse reseratam.

Nota: per templum hic intelligi non Sanctum, nec Sanctum Sanctorum (in hoc enim soli Pontifici, in illud solis sacerdotibus fas erat ingredi), sed atrium templi, in illud enim intrabant laici oraturi et spectaturi sacrificia quæ fiebant in atrio sacerdotum ante Sanctum: hoc enim atrium erat quasi populi templum. Christus enim non erat sacerdos Leviticus, quia non erat prognatus ex Levi et Aaron: quare Sanctum ingredi non poterat, nec atrium sacerdotum, sed tantum atrium populi. Quare quæ de genealogia Christi, quasi ostendi ex tribu Levi ejusque sacerdotio Levitico, confinxit Faustus Manicheus apud S. Augustinum, lib. XXIII *Contra eundem Faustum*, item Theodosius, Judeorum princeps tempore Justiniani Imperatoris, quæ recitat Suidas verbo *Jesus Christus*, a Suida et nonnullis nimis temere credita, ut somnia et errores fabulosissimi nemo doctus non jam ridet; imo Vilalpando, tom. II, lib. III, cap. IX, censet hoc atrium fuisse Gentium. Quis enim credat hos negotiatores intima penetrasse, cum in extimis commode sua vendere possent? Præsertim quia Christus eodem die et loco egit cum Gentibus, ut patet *Joan. XII, 20*. Gentiles autem non poterant ingredi atrium Judeorum, sed Gentium, quod erat ante atrium Judeorum. Hoc atrium ergo erat porticus Salomonis, puta pars orientalis porticus Salomonis in atrio Gentium, in quo vendebantur columbæ, oves et agni immolandi in templo,

quos Christus ex eo ejecit. Atrium enim Gentium erat quasi templum Gentium, in quo proteles debebat emi et vendi.

ET EJECIT AB OMNIBUS VENDENTES ET EMENTES IN TEMPLUM. — non in ipso die Palmarum, sed tertio die: nam Marcus, cap. XI, vers. 11, qui exacte et sigillatim hæc Christi a Dominica Palmarum, usque ad diem Veneris, quo passus et crucifixus est, acta per dies singulos consignat, dicit *tertio die* a Dominica Palmarum quo hic solemniter Christi ingressus in urbem contigit, hoc est, feria secunda, sive die lune hæc a Christo in templo esse peracta. Christus ergo Dominica Palmarum solemniter ingressus est urbem et templum, in eoque oravit et Deo gratias egit; deinde sub vesperam ex urbe egressus est Bethaniam cum duodecim Apostolis; ac postero die lune in urbem et templum regressus, ex eo ejecit ementes et vendentes, uti narrat Marcus, XI, vers. 11, 12 et 13. Quare hic in Matthæo est hyperbaton, sive inversus historice ordo: voluit enim ipse cum ingressu Christi in templum jungere ejectionem ementium et templo, brevitatis studio, nec rursum ingressum Christi in templum postridie factum narrare cogere. Porro, eos ejecit Christus et templo, id est atrio templi, duabus de causis. Prior est, quod non deceret res illas vendi in templo, sed in foro. Templum enim est domus orationis, non negotiationis, ut ait Christus. Posterior, erat avaritia et usura sacre doctum. Illi enim per suos vel famulos, vel institores, oves, hædos, columbas vendebant care hæc illis olla offerre volebant in templo, præsertim peregre venientibus et pauperibus, a quibus ob dilationem solutionis lucrum per usuram extorquebant. Unde a Christo vocantur latrones. Ita S. Chrysostomus et alii. Denique bis ejecit Christus ementes et templo: primo, initio predicationis suæ, *Joan. II, 14*, cit. Chrysostomus, ubi vendentes et ementes. secundo, sub finem ejusdem, quatuor diebus ante mortem suam, ut patet ex hoc loco. Ita S. Chrysostomus, Augustinus, Euthymius, Theophylactus, Jansenius, Maldonatus, Toletus et alii.

ET MENSA NUMMULARIORUM (SYRUS, TRAPEZITARUM) ET CATHEDRAS VENDENTIUM COLUMBAS EVERIT. — « Nummulariorum, » Græcè, *καλλυβιστίων*; *Collybia* autem, ut ait S. Hieronymus, dicuntur, quæ nos appellamus « tragemata, » vel villa manuscula: verbi gratia, frixi cicieris uvarumque passarum, et poma diversi generis; igitur quia usuras accipere non poterant collybiste qui pecuniam feneratorati erant, pro usuris accipiebant varias species, ut, quod in nummo non licebat, in his rebus exigerent, quæ nummis coemuntur; quæ nos ipse Ezechiel prædicaverit, dicens: *Usuram et superabundantiam non accipietis, » Ezech. XXII.*

Verisimiliter Jansenius et alii ex Hesychio et Polluce censent hos collybistas non mutasse pecuniam, sed commutasse duntaxat monetam, ut pro aurea darent argentam, pro majore minore

rem, pro peregrina domesticam: idque cum auctario et lucro; collybiste ergo tant campores ita dicti a *καλλυβιστίων*, id est exigua moneta, aut nummus quem dabant pro con' setonata pecunia.

Tropologie: nummularii sunt simoniaci, imo quivis peccatorum, qui animam suam, quæ templum est Dei, suis luxuriis et sceleribus profanant, juxta illud: « An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti? » *I Cor. VI, 19*: et: « Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus, » *I Corinth. III, 17*. Ita S. Hieronymus, Origenes et Auctor *Imperfecti*.

ET CATHEDRAS. — Id est sedes, ut vertit Syrus, in quibus sedebant venditores et venditricæ columbarum: hæc enim a feminis vendi solent, quæ, quia debiles sunt, ut diu stare nequeant, hinc sedes sibi procurant, juxta illud Martialis:

Inter feminas tota que hæc cathedras
Desidet.

Mirum est uni homini pauperi, qualis est Christus, omnia sacerdotum lucra in templo subvertenti, neminem eorum restitisse. Unde S. Hieronymus censet hoc maximum fuisse Christi miraculum, quod solus ipse potuerit « ait mirum flagelli verbera tartam ejicere multitudinem, mensasque subvertere et cathedras confringere, et alla facere, quæ infinitis non fecisset exercitus. Igneum enim quiddam atque sidereum radiabat ex oculis ejus, et divinitatis majestas lucebat in facie, » Hic quoque S. Hieronymus. Christus ergo hic ingentem religionis et templi ostendit zelum implevitque illud *Psalmi LXXVII, 10*: « Zelus domus tuæ comedit me, » ut ait Joannes, II, 17.

Mystice: vendunt columbas, qui pecunia vendunt gratiam Spiritus Sancti, puta ordinationem, sacerdotia et beneficia: columba enim est symbolum Spiritus Sancti. Ita Origenes.

43. ET DICIT EIS: SCRIPTUM EST (*Isaia LVI, 7*): DOMUS MEA, DOMUS ORATIONIS VOCABITUR: VOS AUTEM FECISTIS ILLAM SPELUNCAM LATRONUM. — Arabicus, *Joan. II, speluncam latronibus*. « Latro enim est, » ait S. Hieronymus, et templum in latronum convertit speciem, qui lucra de religione sectatur, cultusque ejus non tam cultus Dei, quam negotiationis occasio est; quia scilicet sacerdotes hi, toti lucro intenti, honesta templi specie, quasi in spelunca latitantes, cara venditione, usuris aliisque fraudulentis modis et artibus peregrinos et pauperes exspoliabant, imo expilabant, uti faciunt latrones. « Latro enim, ait S. Isidorus, lib. X *Etymol.*, littera L, inceptor est viarum a latendo dictus: melius autem latro est quasi latero, quia a latere insidiatur vie. » Et Varro, lib. VI *De Lingua Latina*: « Latrones, ait, dicti a latere, quod circa latera habent ferrum. » Et Sextus Pompeius, *De Verb. Signif.*, littera L: « Latrones, ait, eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, *ἀνὰ τὰς λατρείας* (id est a mercede); at nunc viarum

obsessores dicuntur latrones, quod a latere adortario, vel quod latenter insidentur. »

Allud ad *Jerem. VI, 41*, ubi ait Deus: « Numquid ergo spelunca latronum facta est domus mea, in qua invocatum est nomen meum in oculis vestris? Ego, ego sum: ego vidi, ait Dominus. » Putabant enim hi semitæ se suaque scelera abscondere, ne a Deo viderentur, sicut latrones abscondunt se lateantque in speluncis.

Nota: Templum dicitur domus Dei, non quasi in eo, velut in domo, Deus corporaliter inhabitat (hoc enim negat S. Paulus, *Act. XVII, 24*), sed quia templum est locus deputatus ad colendum et orandum Deum, in quo Deus preces orantium exaudit: templum vero Christianorum specialiter dicitur domus Dei, quia in eo corporaliter habitat in S. Eucharistia sacramento Christus Dominus, ait S. Thomas.

Tropologie: templum est domus, non confabulationis, non speculationis, non potationis, non comessionationis, sed orationis. Videant ergo quam a Christo flagellandi sint, qui illud garrando, circumspectando, lascivendo, potando profanant. Nam, ut ait Beda in cap. II *Joan.*: « Videbantur licite vendi in templo, quæ ad hoc emabantur, ut in eodem templo offerrentur Domino: sed nolens ipse Dominus aliquid in domo sua terrene negotiationis, ne ejus quidem quæ honesta pateretur, exhiberi, dispulit negotiatores injustos, et foras omnes simul cum his quæ negotiabantur, ejecit. Quid ergo, fratres mei, quid putamus faceret Dominus, si rixis dissidentis, si fabulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irritos, qui hostias, quæ sibi immolarentur, ementes in templo vidit et eliminare festinavit? Præsertim quia hi ementes et vendentes non debebant in ipso templo proprie, sed in atrio templi duntaxat, imo in atrio omnibus gentibus communi, et tamen inde a Christo ejeciti sunt; quid ergo faciet Christianis, in templo ipso coram SS. Sacramento hæc ipsa et indigniora pantantibus? »

Hinc discere quanta reverentia debeatur templo, scilicet quæ debetur domui Dei; de eo enim dicit Christus: « Domus mea; » quare scit heri injuriam domi sue factam, ut sibi factam persequitur et ulciscitur: sic et Christus injuriam templo illatam, sibi illatam æstimat, ac ut talem puni et vindicat. Quare apposite monet S. Augustinus in *Regula*: « Nemo, inquit, in oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est, unde et nomen habet. » Vide dicta *Isaia LVI, 7*, et *Levit. IX, in fine capituli*.

44. ET ACCESSERUNT AD EUM CÆCI ET CLAUDI, ET CURAVIT EOS, — ut per hæc miracula ostenderet se esse Messiam, imo Deum, idoque merito hæc populi acclamatione et pompa fuisse decoratum. Hæc enim miracula patratum Messiam prædixit *Isaia*, cap. XXXV, 5; atque hæc digna erant Christo, æque ac templo: quæ proinde pro ava-

Templum dicitur domus Dei, non quasi in eo, velut in domo, Deus corporaliter inhabitat (hoc enim negat S. Paulus, Act. XVII, 24), sed quia templum est locus deputatus ad colendum et orandum Deum, in quo Deus preces orantium exaudit: templum vero Christianorum specialiter dicitur domus Dei, quia in eo corporaliter habitat in S. Eucharistia sacramento Christus Dominus, ait S. Thomas.

ris pecorum venditionibus et nudationibus Christus subdit.

13. VIDENTES AUTEM PRINCIPES SACERDOTUM ET SCRIBAS MIRABILIA QUE FECIT, ET PUEROS CLAMANTES IN TEMPO, ET DICENTES: HOSANNA FILIO DAVID, INDIGNATI SUNT, — tum quia inuidebant Christo hanc gloriam, tum quia egre ferebant suas nudationes et lucra a templo fuisse ejecta.

16. ET DIXERUNT EI: QUID QUID ISTI DICENT? JESUS AUTEM DIXIT IIS: UTIQUE. NUMQUAM LEGISTIS, QUIA EX ORE INFANTUM ET LACTENTIUM PERFECISTI LAUDEM? — Ps. viii, 3. Hebr. est וְיִלְדֵי חִסְאֵלָהּ עַד, id est fundasti fortitudinem; Aquila, fundamenta ieremisti potentium; Sexta editio, constituiti robur; Tertullianus, lib. De Anima, cap. xix: *expedivisti laudem*; Syrus, *dixevisti laudem*; Arabicus, *parasti laudem*, hoc est, probasti, confirmasti, perfecte laudabilem fecisti potentiam tuam, dum ex ore infantium elinguium, et necdum fari loquique potentium, laudem et gloriam tuam exprimis. Fecisti enim ut in die Palmarum infantes cum populo acclamarent Christo: « Hosanna filio David. » S. Hilarius et Auctor Imperfecti per infantes accipiunt pueros jam fari loquique potentes. Verius S. Chrysostomus, Euthymius et Theophylactus censent hos vere fuisse infantes fari nescios, uti hic expresse dicitur. Unde Syrus vertit: *Ex ore puerorum et infantium direxisti laudem*; ideoque addit Lucas, cap. xix, 40, Christum dixisse: « Si hi tacerent, lapides clamarent: » quo significatur divino instinctu et miraculo actos et impulsos infantes, eque ac pueros Christo acclamasse, « Hosanna, » quod non intelligebant, imo quod infantes naturaliter effari necdum poterant. Causa fuit, quam subdit Psaltes, Psal. viii: « Ut destruas inimicum et ultorem, » ut scilicet per ora infantium confundas Scribas et Phariseos Christi inimicos, doceasque ipsos esse amentes et insipientiores infantibus, qui Jesum ut Christum agnoscent, laudant, glorificant. Sed hec ultima Psalmi verba studio subficti Christus, ne Scribas nimium exasperaret. Simul inquit hic Christus infantes preveniendos esse, ut, cum loqui incipiunt, doceantur pia proloqui, ac prima eorum vox sit: « Hosanna, Jesus, Maria, » etc. Hic S. Hieronymus scribit ad Hlesillam, ut Paulam filiolam (S. Paulæ quasi avie neplem), primum ut fari incipit, « alleluia » effari et pronuntiare doceat; uti noster B. Franciscus Borgia, prima, cum infans esset, verba sonare « Jesus, Maria, » edoctus est, teste Ribadeneira in ejus Vita. Sic trisagion, puta, « Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth, » revelatam fuit puero rapti in aera, cum Constantinopoli grassaretur terre motus, qui cessavit mox, ut populus a puero edoctus trisagion conclamavit, anno Christi 446, sub Theodosio Imperatore, teste Damasceno, tract. De Trisagio. Gaudet enim Deus puris puerorum laudibus: pueri enim dicuntur a puritate, ait Varro, quod

Acclamant Christo pueri.

impuberes sint, et puri quasi angeli terrestres.

Arias Montanus, in Psal. ii, advertit infantes in quacunque gente vocem *יהוה* sonare, quod est nomen Dei, et abbreviatum *Jehova*, sique nominis sui admirabilis initia et fundamenta, vel ab ipso infantum ore firmiter jacta, Deum sibi vindicare. Ibidem Arnobius negat quemquam esse hominem, qui non cura Dei notione diem prima natiuitatis intraverit, imo bruta, arbores et saxa, si loqui possent, clamatura cunctorum Dominum Deum. Sic Plato, lib. X De Republ., et Cicero, lib. I De Natura deorum, docent nos cum lacte matris sugere Dei cognitionem et laudem. Lyranus distinguit triplicem puerorum Deum laudantium ordinem. Primi sunt qui laudant Deum morte, non ore, uti fuere innocentes pro Christo ab Herode coecis. Secundi, qui ore, non morte, uti fuere hi canentes Christo « Hosanna. » Tertii, qui ore simul et morte laudant Deum, uti fuere S. Agnes 12 annorum, S. Pancratius 12, S. Vitas, Celsus et alii. Vide nostrum Philippum Barlaymont in Paradiso puerorum, cap. xiii et xiv, ubi Dei gloria et oracula ore infantium edita recenset.

Nota: Psalmus octavus, licet ad litteram loqui videatur de magnificentia Dei, quam ostendit in creatione totius universi, in qua hominem fecit rerum omnium dominum, tamen magis proprie et profunde ad litteram loquitur de magnificentia Dei, quam ostendit in recreatione et redemptione mundi, in qua effecit Christum peccati et mortis victorem, ac mundi redemptorem et universorum Dominum, qui proinde primus est homo, et omnium hominum nobilissimus. Id patet primo, ex eo quod Christus hic ita eum explicat, eque ac Paulus, Hebr. ii, 7; secundo, quia magnificentia tanta, quam ibi celebrat Psaltes, hominis miserie, qui post lapsum in peccatum iam perdidit dominatum in bestias, non ita competit ut Christo; tertio, quia hic versiculus: « Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem, » multo clarus et verius competit Christo quam aliis. Simile est Deuter. xviii, 18, ut ibi dixi. Quod enim Maldonatus id de Davide explicat, quasi in respectu Goliath, qui caput amputavit, se infantem appellet, certum est eum tum vere infanciam non fuisse, sed juvenem animosum et bellicosum, unde Nicophorus in Psal. viii: « Magnificentia Dei, inquit, est incarnatio Verbi. »

17. ET RELICTIS ILLIS, ABIT FORAS EXTRA CIVITATEM IN BETHANIAM, IBIQUE MANSIT. — Syrus et Arabicus, *pernoctavit in Bethania*. Vide hic ingratitude et mutabilitatem populi: qui enim eodem mane acclamant Christo « Hosanna, » jam vespere ejusdem diei ob metum Scribarum Christum deserit, ita ut nemo inventus sit, qui cum ad hospitium invitaret; ideoque Christus vehe egredi coactus est, ad Martham et Magdalenam hospites suos in Bethaniam.

18. MANE AUTEM REVERTENS IN CIVITATEM, ESU

Triplex puerorum lauda.

Arripimus Psalmi octavi.

Ver. 19. ar. ar. 14. 15. 16. 17.

Christi maledixit ficui.

S. Franciscus Junipero.

Ficus arefacta, quod dicitur.

Contigit ergo hoc postdie Dominica Palmarum, feria secunda, sive die lune: hoc est, die 11 mensis primi Nisan, que nostro computu est 21 martii; nam post tres dies, puta die Veneris in Paschate, que tunc incidebat in diem 23 martii, crucifixus et immolatus est Christus.

ERANT, — non esurie naturali, sed sponte excitata in se fame, ait S. Chrysostomus et Abulensis, *Quest. CIII*: erat enim mane, et pridie vespere Christus apud Martham coenaverat, ut tam cito esurie non posset. Excitavit ergo hanc in se esuriam, ut per eam haberet occasionem maledicendi ficui infrugifere; unde et ficus in ea quesivit, licet sciret tum tempus ficorum non esse, ut habet Marcus, cap. xi, 14, erat enim die 21 martii, ut dixi, cum nondum ficus appareret.

Nota, hec esuries Christi, et arefactio ficus, contigit antequam egeret ementes et vendentes e templo; hoc enim eodem die lune, sed post ficus arefactionem, effectus, ut patet ex Marco, cap. xi, 14 et sequent., ubi particulatim per singulos dies acta Christi consignat.

19. ET VIDENS FICI ARBOREM UNAM SECUS VIAM, VENIT AD EAM, ET NIHIL INVENTIT IN EA NISI FOLIA TANTUM, ET AIT ILLI: NUMQUAM EK TE FRUCTUS NASCANTUR IN SEMPTERNUM. ET AREFACTA EST CONTINUO FICULNEA. — Christus maledixit ficui, eamque arefecit, ut ostenderet potestatem suam, qua posset similiter proterere et arefacere Scribas et Judæos hostes suos, si vellet: quare se ab eis mox crucem et necem passurum non invitum, sed volentem. Nota hanc Christi maledictionem non fuisse propriam, sed per catachresin abusivam; maledictio enim hec tantum significat Christum ficui precatum fuisse malum, scilicet arefactionem, quod rebus inanitis justa de causa preari licet, presertim Christo, cujus sunt omnes omnium hominum arbores et prædia. Vide idem *Jeremias* xx, 14, et *Job* iii, 1.

Simili modo S. Franciscus maledixit junipero arbori plantate a B. Junipero, uno e primis sociis suis, in penam ejus inobedientie, que proinde nec latum quidem unguem crevit a die quo terræ infixus est, quo etiamnum visitur Carinule, sive Cateni, Campanie felicis civitate, juxta Mondragonium, in monasterio minorum; dum enim B. Juniperus plantandæ huic junipero intenderet, vocatusque a S. Francisco, quousque ceptum perfecisset opus, parere detractasset, maledixit S. Franciscus arbori, quod inobedientie occasio et objectum extulisset; eique præcepit, ne ita posterum cresceret, idque profinus factum est, ut arbor obediens Sancto, suo malo homines doceret obedientiam. Ita Waddingus in *Annal. Minorum*, anno Christi 1222, num. 11.

Nystice: esurit Christus, ut ostenderet famem spirituales quam habebat salulis Judæorum, imo peccatorum: sed quia ipsi hinc fami et voto Christi non satisfaciebant, ideo ipso subtracito gratie humore, siccaeque fore et maledicendos a

Deo. Ita S. Hieronymus, Chrysostomus, Hilarius, Beda et Abulensis, *Quest. CXVII*.

20. ET VIDENTES DISCIPULI, MIRATI SUNT DICENTES: QUOMODO CONTINUO ARUIT — *hæc ficus?* uti ad dunt Græca et Syrus. Contigit hoc postero die: Christus enim die lune, ex Bethania regrediens in Jerusalem, maledixit ficui; inde e templo ejiciens ementes, ibidem docuit: vespere ex urbe regressus est Bethaniam; postero mane eiei maris ex Bethania cum eo regredientes discipuli Hierosolyam, viderunt ficum arefactam, tumque mirantes dixerunt: « Quomodo continuo aruit? » Hæc hoc ordine contigisse patet ex Marco, xi, 19 et 20.

Symbolice: Christus maledixit ficui, quia ficus fuit arbor a Deo velita, ex qua Adam comedens se suosque posteros perdidit, uti vtri docti probabiliter opinantur, quos citavi *Genes. ii, 9*.

Allegorice: ficus arefacta notat Judæos, qui, veniente Christo, increduli humorem fidei et gratiæ perdidit; ideoque nullos bonorum operum fructus proferunt. Ita Origenes.

Tropologice: ficus foliata, sed carens ficibus, notat fideles qui habent folia professionis fidei, sedarent solidis virtutum fructibus, ideoque a Christo maledicentur. Ita Origenes.

21. RESPONDENS AUTEM JESUS, AIT IIS: AMEN DICO VOBIS, SI HABUERITIS FIDEM (ILLAM excellentem et efficacem instar gratiæ synapsi de qua cap. xvii, 19) ET NON HABUERITIS, NON SOLUM DE FICULNEA FACIETIS (quod jam a me factum videtis, patet ex Græco); SED ET SI MONTE HOC DIXERITIS: TOLLE TERTIUM, id est, ut Syrus, *tollitor, evallitor e terra* ET JACTA TE (Græce *βῆθηρα*, id est *projicitor*; Syrus, *cade*) IN MARE, FIET. — « Et non hesitaveritis; » Græc. *μὴ δισταθῆτε*, id est non disceptaveritis quasi dubii et hesitantes; non disceperitis an quod petitis sit factu facile, an difficile. Multi enim quia putant id quod petunt esse arduum et difficile, non diffidunt se a Deo id impetraturos, ideoque non impetrant: qui vero non disceperunt inter facile et difficile, cogitantes id quod sibi est difficile, Deo esse facile, ideoque confidunt divinæ omnipotentiae, boutati et promissioni, qua promissit se omnia que certa fide et fiducia ab eo petimus, non impetraturos, quare suam mentem et spem erigunt supra suam infirmitatem, eamque collocant in Deo, certo ab eo expectantes orationis sue finem et fructum, hi impetrant quocumque et quantumcumque ab eo postulant. « Montu huic » Olivæ; juxta cum enim peregris in Jerusalem dixit hæc Christus. Ita Abulensis. *Quest. CXXXIV*, Franciscus Lucas et alii. Cætera, que hæc specant, dixi cap. xvii, 19.

Sic ob infidelitatem Turcorum, qui Terræ sanctæ dominantur, Angeli ex Galilee et Nazareth anno Domini 1291 translulerunt domum B. Virginis, in qua ipsa, angelo nuntiante, concepit Filium Dei, in Dalmatiam; et inde anno Domini 1294 in

Ver. 20. Mer. xi. 20. 31. Quo die Jesus fuit crucifixus etc.

Ver. 21. Super xxv. 14. Luc. xvii. 6. Mar. 21.

Ver. 22. Super xxv. 14. Luc. xvii. 6. Mar. 21.

Domina B. Virginis Lutetiam ab angelis translata.

italiam (Lauretum), ubi sedes et caput est fidei ac fidelium; ideoque ob fidem illam innumera ibidem patrat miracula, quae recenset noster Horatius Turcellinus in *Historia Lauretana*.

Vers. 22. ET OMNIA QUaecumque PETIERITIS IN ORATIONE **Luc. XX. 11.** **CreDentes, accipietis.**—«Credentes,» id est si credideritis et confisi fueritis vos illa a Deo impetratores, juxta illud *Jacobi* 1, 6: «Postulet in fide nihil hesitans.» Vide ibi dicta.

Præclare S. Bernardus, serm. 13 in *Psal. Qui habitat, tropologie* explicans illud Dei ad Josue, cap. 1: *Quaecumque locum calcaverit pes vester, vester erit*: «Pes vester, ait, utique spes vestra est; et quantumcumque ista processerit, obtinebit, si tamen in Deum tota figatur, ut firma sit et non titubet.» Ratio a priori est Dei liberalitas et munificentia, quæ non patitur se spe nostra vinci, sed eam longe superat et transcendit.

23. ET CUM VENISSET IN TEMPLUM, ACCESSERUNT AD EUM DOCENTEM PRINCIPES SACERDOTUM, ET SENIORES POPULI DICENTES: IN QUa POTESTATE HEC FACIS? ET QUIS TIBI DEDIT HANC POTESTATEM?

IN QUa POTESTATE. — Græce *ἐξουσία*, id est auctoritate, *q. d.* Quis dedit tibi jus et auctoritatem docendi in templo, ex eoque efficiendi ementes et vendentes, ac populum convocandi, ut tibi quasi doctori et Messie acclamet Hosanna?

Vers. 24. RESPONDENS JESUS, DIXIT EIS: INTERROGARO **Luc. XX. 12.** **VOS ET EGO UNUM SERMONEM; QUem SI DIXERIS MIHI, ET EGO VOBI DICAM IN QUa POTESTATE HEC FACIO.**— **Vulgo** dicitur:

Non item servit, qui item ille servit.

Sic enim malæ fidei caudiculi, cum causæ suæ diffidunt, aliam causam litemque intexunt, ut tergiversentur et condemnationem suffugiant. Sic et hæretici cum argumentis Catholicorum respondere nequeunt, alia argumenta eis obijciunt, ut hæresis et ignorantia suæ effugium querant. At Christus non ita hic agit, sed interrogationem aliam interserit, ex qua pendebat questionis a Scribis propositæ solutio, *q. d.* Mihi non creditis, dicenti me ex Deo potestatem accepisse: credite ergo Joanni Baptista, qui mihi testimonium perhibuit, me a Deo ad hæc peragenda esse missum.

25. BAPTISMUS JOANNIS UNDE ERAT? E COELO, AN EX Hominibus?—Christus per baptismum Joannis, ejus de se testimonium, doctrinam omnemque prædicationem intelligit. Est synecdoche. Est hoc Christi argumentum appositum ad Scribas, et irrefragabile, *q. d.* Vos queritis a quo potestatem habeam, a Deo, an ab hominibus? Ego vicissim quero a vobis, a quo prædicandi et baptizandi potestatem habuit Joannes Baptista, a Deo, an ab hominibus? Si ille istam a Deo habuit, uti omnes confitentur, ergo et ego eandem a Deo habeo; hoc enim de me testificatus est Joannes, docens se esse servum, me autem Messiam Fi-

lium Dei, idque cum vos hac de re legatos ad eum ex professo misissetis sciscitatum ab eo an ipse esset Messias? *Joan.* 1, 20 et 26.

E COELO. — a Deo profectus. Ubi nota: Hæbrei per metonymiam, quæ continens pro contento ponitur, Deum vocant *צמח* *scamata*, id est cælum. Hoc secuti Græci poetæ Saturni Patrem *Ὠκεανος* vocarunt, uti Latini Cælum. Ita Caninius, *De Nominib. Hebraicis*, cap. II. Hinc Judæi cælum et astra pro Deo coluerunt: unde Christiani a Christianismo ad Judaismum olim apostatantes dicti sunt Cœlicolæ; contra quos extant rescripta Theodosii et Honorii Imperatorum, lib. XVIII *De Judæis et Cœlicolis*. Vide Baronium anno Domini 408. Hinc et de Judæis canit Poeta:

Qui parat nubes et cœli aumen adorant.

Cælum enim sua vastitate, pulchritudine, motu, ornatu, inflexu, omnes rapit in sui admirationem: unde cælum dicitur quasi cælatum stellis et sideribus, ait Sipontinus, licet Varro, lib. IV *De Lingua Latina*, cælum a *cæbo*, id est cavo, derivet, quod sua cavitate omnes res creatas complectatur. Hinc Deus est quasi Atlas cœli et mundi, de quo Virgilius, lib. VI *Æneid.*:

Ubi cœlifer Atlas
Cælum humeris torquet, stellis ardentibus aptum.

Quocirca multe gentes cælum ut Deum coluerunt. Unde Cicero, lib. II *De Divinat.*: «Ego, ait, Deum genus esse semper dixi et dicam, Cœlitum.» Idem in *Somno Scipionis*: «Et grates tibi ago, summe sol, vobisque reliqui Cœlites.» Et Plinius, lib. VI, cap. XXXII: «Divinitas, ait, et quædam Cœlitum societas nobilissima ex feminis in Sibylla fuit.» Audi et S. Augustinum, lib. X *De Civit.*, cap. 1: «Et ipsos deos non ob aliud appellant Cœlicolas, nisi quod cælum colant, non utique venerando, sed inhabitando tanquam cœli quosdam colonos.» Denique cælum est thronus Dei, ac sedes majestatis et gloriæ ejusdem, æque ac SS. Angelorum et hominum beatorum.

Hinc disce cælum ambire, cælum respirare, terram et terrena despiciere, ac dicere cum nostro S. Ignatio: «Quomodo sordet mihi terra, cum cælum aspicio!» Qui enim cælum ambit, paradysum ambit, felicitatem ambit, beatam eternitatem ambit, Deum Cœlitum ambit: «O Israel, quam magna est domus Dei, et ingens locus possessionis ejus!» *Baruch*, III, 24. Vide ibi dicta.

AT ILLI COGITABANT INTER SE, DICENTES. — Græce *διελογεσθε*, id est cogitabant et conferebant inter se, deliberantes quid Christo responderent, quasi anxii et perplexi.

26. SI DIXERIMUS, E COELO: DICET VOBI: QUARE ERGO NON CREDIDISTIS ILLI? SI AUTEM DIXERIMUS: EX Hominibus, TIMEBUS TURBAM; OMNES ENIM HABEBANT JOANNEM SICUT PROPHEtam.

QUARE ERGO NON CREDIDISTIS ILLI — asserenti me esse Messiam, suadentique ut per penitentiam

tiam vos preparatis ad meam gratiam et salutem? «Timeamus turbam,» scilicet «ne lapidet nos,» ut addit Lucas, cap. XX, vers. 3. «Sicut Propheam:» sicut est nota veritas, non similitudinis, *q. d.* Omnes habebant Joannem ut verum magnumque Propheam, ideoque a Deo missum: Propheam enim, legatus, vates et interpret es Dei. Sic, Joannis I, de Christo dicitur: «Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre:» ubi *quasi* veritatem notat, non similitudinem, *q. d.* Vidimus gloriam ejus, ut vere unigeniti Filii Dei, sive ejus qui verus et unigenitus erat Dei.

27. ET RESPONDENTES JESU, DIXERUNT: NESCIMUS. — Mentuntur, quia viderant vitam Joannis, æque ac prædicationem sanctissimam et divinam, morte pro castitate obita, et martyrio jam obsignatam; sed improbitas mavult mentiri, quam falsitatis argui et improbitatis convinci.

AT ILLIS ET IPSE: NEC EGO DICO VOBI IN QUa POTESTATE HEC FACIO. — *q. d.* Non vultis ad meam questionem respondere, quare nec ego respondebo ad vestram; quia ex mea pendet vestra solutio. Sed vos dicitis illam vos nescire, et mentimini. Ego dico me scire nollegue dicere, ac veritatem dico, ut vestram proterviam confundam et contundam. Hoc enim responso Christus Scribis obstruavit, ut quasi mures silerent, nec ultra iniscere auderent. Unde S. Hieronymus: «Ostendit, ait, illos scire, sed respondere nolle; et se nosse, sed non dicere, quia quod sciunt, tacent.»

28. Quid AUTEM VOBI VIDETUR? — Christus per sequentem parabola Scribas et Phariseos dicentes se nescire, an baptismus Joannis esset et cælo, an ex hominibus, coarguit summæ improbitatis et perniciæ; quod, cum vellent haberi filii Dei, tamen Joannem a Deo missum recipere noluerint, nec ejus prædicationi crederint et penitentiam egerint. Porro Christus hic, ait Chrysostomus, «eos ipsos judices facit, magna fiducia justitiæ, ubi adversario causa committitur; utitur autem parabola ut non intelligant quomodo contra se sentiantur dicant.»

HOMO QUIDAM HABEBAT DUOS FILIOS, ET ACCEPENS AD PRIMUM, DIXIT: FILI, VADE RODIE OFFERRE IN VINEA MEa.

29. ILLE AUTEM RESPONDENS, AIT: Nolo; POSTEA AUTEM, POENITENTIA NOTUS, ABIT.

30. ACCEDENS AUTEM AD ALTERUM, DIXIT SIMILITER. AT ILLE RESPONDENS, AIT: Eo, DOMINE; ET NON IUIT.

31. QUIS EX DUOBUS FEcit VOLUNTATEM PATRIS? DICUNT EI: PRImus. DICIT ILLIS JESUS: ATEN DICO VOBI, QUia PUBLICANI ET MERETRICES PRæCEDENT VOS IN REGNUM DEI.

32. VENIT ENIM AD VOS JOANNES IN VIA JUSTITIE, ET NON CREDIDISTIS EI: PUBLICANI AUTEM ET MERETRICES CREDIDERUNT EI; VOS AUTEM VIDENTES, NEC POENITENTIAM HABUISTIS POSTEA, UT CREDERETIS EI.

Parabola hæc explicatione vix indiget, quia eam Christus applicat et explicat. Nimirum primus filius initio nolens obedire patri, sed mox facti penitens, obediens et vadens operatum in vinea, notat publicanos et meretrices, qui primo suis sceleribus voluntatem et legem Dei repulerunt, sed postea ad Joannis prædicationem resipuerunt, et penitentiam egerunt ac caste justoque juxta legem Dei vixerunt. Secundus filius dicens patri se iturum in vineam, sed fallens, nec vadens, notat Scribas et Phariseos, qui legem Dei semper in ore habebant, quasi ejus studiosissimi et religiosissimi observatores; cum tamen ipsa eam non impleverunt, sed contra eam libidines, rapinas, usuras, etc., committerent. Quare gravem in se Dei offensam et iram provocaverunt, tum per ipsa scelera, tum per suam hypocrisim et ementiam legis simulationem. Videri enim volebant esse zelotæ legis, cum essent ejus prævaricatores. Hæc enim hypocrisis et duplicitas animi valde Deum irritat.

PRæCEDENT. — Græce *προχωροῦν*, in præsentem, id est præcedunt, *q. d.* Publicani et meretrices, vos, o Scribe, præcedunt, id est ante vos eunt in via Dei et virtutis, tenduntque ad cælum per fidei, penitentia et mutationis viæ exemplum, ideoque ipsa præcedent, et ante vos introbunt in regnum cœlorum, quod nunquam vos scelerati introbunt: introire tamen possent, si velletis penitere et mores mutare. Sic, cap. V, 20, «minimi in regno cœlorum,» vocatur impius et reprobi ab eo excludentis.

IN VIA JUSTITIE. — Sytus, in via rectitudinis incolens; hoc est agens vitam perfecte justam, rectam, sanctam et irreprehensibilem.

Nec POENITENTIAM HABUISTIS, — id est egistis; Græce *ὄπισθεν ἔστησαν*, id est non penitentis, non resipuistis.

Mystice: publicani et meretrices denotant Gentiles, quæ primo idolis et vitis servient; deinde, per Apostolorum prædicationem conversæ, Deum et virtutes coluerunt. Pharisei et Scribæ notant Judæos, qui videbantur Deum colere, sed revera eum spreverunt, dum Christum ab eo missum aspernati sunt, et in hac perfidia mentem obstinaverunt. Unde de his parabola hæc interpretatur S. Hieronymus, Chrysostomus, Origenes, S. Athanasius, Beda, Euthymius, Maldonatus, Jansenius et alii passim.

Tropologie: ostendit Christus, ait S. Chrysostomus, meliores esse populares et plebeios, qui aliquando convertuntur, quam sacerdotes, qui nunquam.

Tropologie: Primo filio similes sunt Christiani communes et laici, qui sanctitatis desiderio impulsu servant consilia Evangelica, etsi ex voto et professione ad ea non obligentur. Secundo filio similes sunt sacerdotes, monachi et religiosi, qui vota paupertatis, castitatis et obedientiæ Dei nuncupaverunt, sed ea deinde violant.

Vers. 23. 33. ALIAM PARABOLAM AUDITE: HOMO ERAT PARABOLAM
LUC. XX. TERFAMILIAS, QUI PLANTAVIT VINEAM, ET SEPTEN
17. Mar. CIRCUMDEDIT EI, ET FODIT IN EA TORCULAR, ET
III. 1. EDIFICAVIT TURRIM, ET LOCAVIT EAM AGRICOLIS, ET
PEREBIT PROPECTUS EST.

Vers. 34. 34. CUM AUTEM TEMPUS FRUCTUUM APPROPINQUAS-
LUC. XX. SET, MISIT SERVOS SUOS AD AGRICOLAS, UT ACCIPE-
16. Mar. RENT FRUCTUS EJUS.

Vers. 35. 35. ET AGRICOLAE, APPREHENSIS SERVUS EJUS,
LUC. XX. ALIUM CECIDERUNT, ALIUM OCCIDERUNT, ALIUM YERO
16. Mar. LAPIDAVERUNT.

Vers. 36. 36. ITERUM MISIT ALIOS SERVOS FLURES PRIORI-
LUC. XX. BUS, ET PERCERUNT ILLIS SIMILITER.

Vers. 37. 37. NOVISSIME AUTEM MISIT AD EOS FILIUM SUUM;
MAR. XII. DICENS: VEREBERUNT FILIUM MEUM.

Vers. 38. 38. AGRICOLAE AUTEM VIDENTES FILIUM, DIXERUNT
LUC. XX. INTRA SE: HIC EST HERES, VENITE, OCCIDAMUS EUM,
17. Mar. ET HABEBIMUS HEREDITATEM EJUS.

Vers. 39. 39. ET APPREHENSUM EUM REJECERUNT EXTRA VI-
LUC. XX. NEAM, ET OCCIDERUNT.

Vers. 40. 40. CUM ERGO VENERIT DOMINUS VIFER, QUID
LUC. XX. FACIET AGRICOLIS ILLIS?

Vers. 41. 41. AIUNT ILLI: MALOS MALE PERDET; ET VI-
LUC. XX. NEAM SUAM LOCABIT ALIIS AGRICOLIS, QUI REDDANT
LUC. XX. EI FRUCTUM TEMPORIBUS SUIS.

Vers. 42. 42. Christus haec parabola contra Scribas et
LUC. XX. Phariseos adversarios suos intonans, mutua-
LUC. XX. tam eam ex Isaia cap. v. 1, ut illi pondus addat,
MAR. XII. quod ipso prestat et conviciat. Isaia enim ibi-
LUC. XX. dem illa usus est, et eum Christum usum
LUC. XX. predicat, ut hic Christus ca. ult. Sic enim, cap.
LUC. XX. v. incipit Isaia: « Cantabo dilecto meo (Christo
LUC. XX. incarnando) canticum patris mei vineae suae:
LUC. XX. vinea facta est dilecto meo in cornu filii olei, »
LUC. XX. id est in cornu oleato, hoc est in Iudaea, quae
LUC. XX. robusta et alta est ut cornu, ac fertilis et pinguis
LUC. XX. est instar olei. Frase haec explici Isaia v, quare
LUC. XX. ibi dieta hic summam repetam, et paucis totam
LUC. XX. parabola perstringam.

Primo, homo plantans vineam, est Deus funda-
dans Ecclesiam, sive Synagogam, juxta illud
Paul. LXXIX, 9: « Vineam de Aegypto transtulisti,
ejecisti gentes (ex Chanaan, ibique), plantasti
vineam, » id est Synagogam, sive populum Ju-
daeorum.

Secundo, sepes, torcular et turris erecta in vi-
neae significant Deum Ecclesiae suae abunde de
omnibus rebus necessariis providisse; distincta
tamen, per sepe grammaticae murum Hieroso-
lymae, cum S. Hieronymo; item fortes principes,
ut fure David et Machabaei, aut Interlinearis;
theologie, angelorum custodiam, cum Origene,
S. Ambrosio et Hieronymo; vel legem, cum
Auctore Imperfecti et S. Ireneo, lib. IV, cap. LXX,
accipe. Unde pro « sepe circumdedit ei, » Syrus
verit, *undeque obvallavit eam maceria.*

Torcular est altare quo victimarum sanguis
exprimebatur. Ita Origenes, S. Hieronymus, Beda,
Theophylactus, Euthymius. Dicitur autem fossisse
torcular, quia olim exsiccare aut fodere solebant

lacunas; vel, ut ait Marcus, cap. XII, vers. 1,
« locum, » quo vinum novum ex uvis in torcu-
lari expressum excipiebant, ut patet Isaia cap. v,
2. Tropologie: Torcular, ait S. Hieronymus, nota
Martyres. Unde Psalmi VII, LXXX et LXXXII,
inscribuntur in titulo: *Pro torcularibus*. S. Hi-
larius vero censet notari Prophetas, in quos
ubertas Spiritus Sancti ferventius influxit. S. Chry-
sostomus autem per torcular accipit verbum Dei,
quod premit et cruciat hominem contradicente
carne.

Turris vineae, id est Synagoga, erat templum
Hierosolymitanum, Deique cultus in eodem. Ita
Origenes, Chaldaeus, S. Hilarius, Beda, Theophy-
lactus, Euthymius. Mystice: turris erant Prophetae,
doctores et pastores, aeque ac reges et principes
populi; hi enim quasi ae turri erant speculatores
populi. Ita Iidem. Unde S. Hilarius: Turris, ait,
notat eminentiam legis, quae et in eodem pro-
veheret, et ex qua speculari Christi adventus
posset.

Tertio, coloni vineae erant principes populi: Tertio,
horum enim est populum regere et excolere;
operari in vinea, est justitiam facere, ait S. Chry-
sostomus.

Quarto, peregre profectus est Deus, quia, ut Quarto,
ait Origenes, cum legem et pacta Judaeis dedis-
set, apparsit eis in monte Sina, postea eis non
apparuit quasi alio profectus.

Quinto, tempus fructuum, id est observationis
legis et Dei cultus, erat tempore Davidis, Salomo-
nis, Josaphat, Ezechiae, Josiae, etc., cum Judaei
quiete sibi et Deo vivere poterant et debebant. Aut
potius hoc tempus agebatur jugiter, quia jugiter
Deo servare et honorum operum fructus produ-
cere tenebantur. Unde Maldonatus censet hoc per-
tinere ad emblemata et ornatum parabola.

Sexto, servi a Deo in vineam, id est ad Syn-
agogam missi, ut fructus ejus colligerent, fuerunt
Isaia, Jeremias, Ezechiel caeterique Prophetae,
quos Judaei ut vitiorum suorum castigatores occi-
derunt, ac nonnullos, ut Jeremiam, lapidarunt.
Misi autem eos secundo, et plures prioribus, ut
sua diligentia et charitate vinceat colorum
improbabilitatem. Unde S. Chrysostomus: « Per sin-
gulos, ait, gradus malitiae Dei misericordiae ad-
debatur, et per singulos gradus misericordiae Dei,
Judaeorum malitia crescebat. » Quocirca Deus
tandem misit ad eos Filium suum, puta Christum
jam incarnatum, quem Scribae velut Synagoga
haerem pariter occiderunt et crucifixerunt extra
civilitatem, id est extra Jerusalem in monte Cal-
variae, ut ipsi Synagoga praesentem et domina-
rentur, ex eaque se ditarent et magnificarent. Pro
« verebuntur Filium meum, » Syrus verit, *erubescant propter Filium meum.*

Tropologie: vinea cuique excolenda est anni 12,
pastori est parochia, episcopo diocesis, regi
regnum, magistratui republica, ut fructus ho-
norum operum et virtutum proferat. Sepe sunt

Ieges et statuta; custodes sunt angeli; turris est
ratio, mediatio, providentia; torcular est mortifi-
catio, tribulatio, crux. « Servus mittitur, ait
Rabanus, cum lex, psalmus aut propheta legi-
tur; ejicitur, cum contemnitur, vel blasphematur;
haerem occidit, qui Filium Dei conculeat, et spi-
ritui gratiae contumeliam facit; vinea alii datur,
cum gratiam a superbo spritam humilis accipit. »

Porro, homo plantans vineam est Deus, qui
homo dicitur, ait S. Chrysostomus, similitudine,
non veritate: natura Dominus est, benevolentia
pater, juxta illud Isaia, cap. v: « Vineam Domini
sabaoth domus Israel est. »

AIUNT ILLI (Scribae): MALOS MALE PERDET. —
Dices: Marcus et Lucas asserunt Christum id dixisse;
quomodo ergo Matthaeus idipsum attribuit
Scribis? Respondetur cum S. Chrysostomo et
Euthymio, primo Scribas id dixisse, deinde
Christum idipsum repetisse et confirmasse eo
modo et gestu, ut inde ac ex antecedentibus et
sequentibus (ut recte advertit Abulensis, Quaes-
t. CC) satis Scribae id de se dicti intelligerent, ac
tunc eos subjunxisset, « absit, » ait habet Lucas,
cap. XIX.

MALOS MALE PERDET. — Malos scilicet vineae, id
est Ecclesiae colonos, puta Scribas cum suis as-
sectis, qui Prophetas et Christum occiderunt,
perdet Deus per Titum et Vespasianum in haec
vita, ac per demones in gehenna.

ET VINEAM SUAM LOCABIT ALIIS AGRICOLIS (Apos-
tolicis eorumque successoribus) QUI REDDANT EI
FRUCTUM TEMPORIBUS SUIS. — Fructus hic vineae,
id est Ecclesiae Dei, patet in conversione totius
orbis ad Christi fidem et sanctitatem, ac presertim
in constantia tot millionum Martyrum et Virgi-
num; praedicitur enim hic reprobatum Judaeorum,
et conversio Gentium, ut docet Christus,
vers. 43.

Moraliter: disce hic quod sicut vinea producit
bonas uvas, etiamsi mali sint ejus coloni, ita
Ecclesia ejusque fideles producant bona virtutum
opera, etiamsi subinde mali sint ejus pastores et
doctores, ut erant Scribae. Plura tamen et ma-
jora profertur, si pastores sint boni, ut patuit
in Apostolis, quorum virtutes Apostolicas imitati
primi fideles excellere in castitate, charitate,
patientia omnique virtute. Id representat em-
blema Zeuxis, pictoris insignis. Hic enim pinxit
puerum cum canistro uvarum ita scite et belle,
ut aves falleret: aves enim ad illas quasi ad ver-
vas uvas advolabant, easque mordicabant ut iis
vescerentur; tum Zeuxis verecunde: « Mellis, ait,
pinxi uvas, quam puerum, quia ad uvas advo-
lant, et puerum astantem quasi pietum non li-
ment aves: » ita pastores et custodes Ecclesiam
subinde pravi sunt praveque expiati; at aves, id
est opera plebis melius habent, et speciosiora
sunt: custodum, id est pastorum incuria accidit
ut avium, id est demonum, fiant praeda ab
isque devorentur.

42. Dicit illis Jesus: Nunquam legis in Vers. 42.
SCRIPTURIS: LAPIDEM, QUEM REPROBARENT EDI-
LUC. XX. FICANTES, HIC FACTUS EST IN CAPUT ANGULI: A DO-
17. Mar. MINO FACTUM EST ISTUD, ET EST MIRABILE IN OCULIS
11. NOSTRIS. — Citat Christus Psal. CXVII, vers.
22, ubi David de Christo loquitur et propheta,
idque solebant Scribae: unde intellexerunt se hac
sententia a Christo, aeque ac a Davide notari et
taxari: sensus enim est, g. d. Scribae, sacerdotes
et Pharisei quasi architecti Synagoga, id est
Ecclesiae Judaicae, Christum ut lapidem inutilem
ab ea rejecerunt, imo ut illi contrarium dam-
narunt et occiderunt; Scribas enim, quos super-
ius vocavit operarios et agricolas, nunc vocat
edificatores, ait S. Hieronymus. Sed hic lapis a
Judeis reprobatum, a Deo a factus est in caput
anguli, » id est positus est in capite anguli,
factusque est lapis capitalis et omnino fundamen-
talis Ecclesiae, isque angularis, ut scilicet duos
parietes Gentium et Judaeorum in se velut angulo
jungeret et connecteret, in eadem Ecclesia fab-
rica et domo: ita S. Augustinus, S. Basilius,
Euthymius, Cassiodorus, Abulensis, Jansenius,
Maldonatus caeterique Patres et interpretes, vel
hic, vel in Psal. CXVII, 22; imo S. Petrus, *epist. I,*
cap. II, vers. 6 et seq., ubi fere hunc locum ex-
plicat. Crebro enim in Scriptura fabrica Ecclesiae
comparatur edificatio domus, quae solido fun-
damento, v. g. petra innedificatur. Sic enim Ec-
clesia innedificatur et incubit Christo; Christus
ergo est prima Ecclesiae petra, qui hoc nomen
cum reipsa communicavit S. Petro, ut post Christum
esset petra Ecclesiae, ac deinde caeteris
Apostolis, quos pariter constituit fundamenta
Ecclesiae, ut patet *Apoc. XXI, 14; Ephes. II, 20,*
et alibi. Porro, arroganter aeque ac impie et im-
pie Calvinus asserit se esse hunc lapidem, utpote
qui reprobatum a Papa et Ecclesia Romana, factus
sile fundamentum sectae Calvinicae. Ita super-
bis ille throso audet se aequiparare Christo, imo
Christo suffurari suum oraclum et titulum.
Verum det ipse signa, quibus se ad hoc a Deo
missum esse doceat: det, inquam, miracula,
prophetias, Scripturas, quae dedit Christus. At
nunquam ea dedit, nec unquam dabit; ergo ipse
Ecclesiae non reformator est, sed deformatior.

43. HEC NICO VOIS, QUI ADFERRETUR A VOIBUS V
REGNUM DEI, ET DABITUR GENTI FACIENTI FRUCTUS
EJUS. — Regnum Dei in Evangelio passim vocatur
Ecclesia, quia in ea regnat: dans in fidelibus
per fidem et gratiam, eosque deducit ad regnum
caeleste, ut in eis regnet per gloriam.

Ecce hic est quasi *Empyreo*, sive postparabola
et affabulatio, in qua Christus tres parabolas
jam a se allatas, scilicet primam de duobus filiis,
uno obediente, altero inobediente; secundam
de vinea, cuius coloni occiderunt servos et filium
hauri; tertiam de lapide reprobatum, qui factus est
in caput anguli, clare explicat et applicat ipsis
Scribis et Judeis eorumque assentibus, g. d. Vos: o

Primo
Parabola
vineae ex-
plicatur.

Secundo,
Sepes.

Emble-
ma Zeu-
xis picto-
ris est
mili.

Calvinus
asserit se
esse Lapi-
dem re-
probata
factum
in caput an-
guli.

Scribæ, estis filii Deo Patri inobedientes, quia me Filium ejus unigenitum ab eo missum persequimini; vos pariter estis coloni vineæ, qui me ejus hæredem occiditis; vos denique estis edificantes Synagoga, qui me quasi lapidem ab ea rejicitis, sed Deus me faciet basin et fundamentum Ecclesiæ suæ, qui eam a vobis auferet et transferet ad Gentes, quæ avide me recipient et colent, ideoque gratia et gloria a me donabuntur. Omnes enim hæc Christi parabolæ eo fœdunt, ut significant reprobationem Judæorum et electionem Gentium, eo quod Judæi repulerint Christum, quem Gentes acceptarunt. Iste parabolis Christus ita pupugit Scribas, ut eis crucem pararint.

Vers. 41. **Luce XXI**
18. 41. ET QUI CEDIDERIT SUPER LAPIDEM ISTUM, CONFRINGETUR; SUPER QUEM VERO CEDIDERIT, CONTERET EUM. — Syrus, *dissipabit eum, q. d.* Qui residerit Christo, eumque persecutus fuerit, uti facitis vos, o Scribæ, frustra id faciet, ac sibi in animo, neque ac in corpore perniciem accerset; ita tamen, ut adhuc per penitentiam reparari et restaurari possit.

Vers. 42. SUPER QUEM VERO CEDIDERIT — hic lapis: id est, cui Christus totus gravi sua ultione incubuerit, v. g. damnandis in die judicii (uti vos, o Scribæ, nisi peniteatis, damnabimini), huc nulla superest

spes eum reparandi et restaurandi; sicut si lapis grandis in testam decidat, eam in minutissimo frustra comminuit, ut nullo modo reparari et reintegrari queat. Minatur ergo Christus hæc Scribis æternam et irreparabilem excidit, puta gehennæ incendium. Ita S. Augustinus, lib. *Quest. Evang.*, Quest. XXX; Abulensis, Barradius, Jansenius, Maldonatus et alii. Audi S. Augustinum: « Cadunt super eum, qui modo contentum vel injuriis afficiunt: cadet vero super eos, cum veniet in judicium perditurus, ut sint impii tanquam pulvis, quem projicit ventus. »

Vers. 43. ET CUM ADISSENT PRINCIPES SACERDOTUM ET PHARISÆI PARABOLAS EJUS, COGNOVERUNT QUOD DE IPSIS DICERET.

Vers. 44. 43. ET QUÆRENTES EUM TENERE, TIMUERUNT TURBAS: QUONIAM SICUT PROPHEtam EUM HABERANT. — Cognoverunt Scribæ partim ex ipsis psalmi verbis, partim ex dictis et gestibus Christi, hæc ab eo contra se dici; unde frementes et frendentes in eum, volebant eum capere et torquere, sed metuentes turbam, id facere non sunt ausi. Ecce ita paulatim Christus per reprehensiones Scribarum stravit sibi viam ad crucem et mortem: hæc enim post tres dies et intulere Scribæ. Ita impletum est consilium Dei de redimendis hominibus per Christi mortem.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus, primo, dat parabolam invitatorum ad nuptias, et non habentis in eis vestem nuptialem. Secundo, vers. 18, Phariseis querentibus an liceat censum dare Casari, respondet: Reddite quæ sunt Casaris, Casari; et quæ sunt Dei, Deo. Tertio, vers. 23, Sadduæis negantibus resurrectionem, eandem probat. Quarto, vers. 34, Legisperito roganti quod sit magnum legis mandatum, respondet esse hoc: Diliges Deum ex toto corde tuo. Quinto, vers. 42, querens a Phariseis quomodo David Christum Filium suum vocet Dominum, eorum ex silentio ignorantiam coarguit eisque os obturat.

1. Et respondens Jesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: 2. Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. 3. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et nolebant venire. 4. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei et altilia occisa sunt, et omnia parata: venite ad nuptias. 5. Illi autem neglexerunt, et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam; 6. reliqui vero tenuerunt servos ejus, et contumeliis affectos occiderunt. 7. Rex autem, cum audisset, iratus est; et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit. 8. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt; sed qui invitati erant, non fuerunt digni. 9. Itaque ergo ad exitus viarum, et quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias. 10. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos; et impleta sunt nuptiæ discubentium. 11. Intravit autem rex ut videret discubentes, et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. 12. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obtulit.

13. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. 14. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. 15. Tunc abeuntes Pharisei, consilium inierunt ut eaperent eum in sermone. 16. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum; 17. die ergo nobis quid tibi videtur: licet censum dare Casari, an non? 18. Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis, hypocritæ? 19. ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. 20. Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc et superscriptio? 21. Dicunt ei: Casaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Casaris, Casari; et quæ sunt Dei, Deo. 22. Et audientes mirati sunt, et relicto eo abierunt. 23. In illo die accesserunt ad eum Sadduæi, qui dicunt non esse resurrectionem; et interrogaverunt eum, 24. dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, et suscitet semen fratri suo. 25. Erant autem apud nos septem fratres: et primus, uxore ducta, defunctus est; et non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. 26. Similiter secundus et tertius usque ad septimum. 27. Novissime autem omnium et mulier defuncta est. 28. In resurrectione ergo cujus erit de septem uxor? omnes enim habuerunt eam. 29. Respondens autem Jesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. 30. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælo. 31. De resurrectione autem mortuorum non legisit quod dictum est a Deo dicente vobis: 32. Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. 33. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina ejus. 34. Pharisei autem audientes quod silentium imposuisset Sadduæis, convenerunt in unum; 35. et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: 36. Magister, quod est mandatum magnum in lege? 37. Ait illi Jesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. 38. Hoc est maximum et primum mandatum. 39. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. 40. In his duobus mandatis universa lex pendet, et Prophete. 41. Congregatis autem Phariseis, interrogavit eos Jesus, 42. dicens: Quid vobis videtur de Christo? cujus filius est? Dicunt ei: David. 43. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: 44. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? 45. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? 46. Et nemo poterat ei respondere verbum; neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

1. ET RESPONDENS (pergens respondere Scribis, eorumque incredulitatem confutare) Jesus, dixit iterum in parabolis (per parabolas, parabolice) eis, dicens:

2. SIMILE FACTUM EST REGNUM CÆLORUM HOMINI REGI, QUI FECIT NUPTIAS FILIO SUO. — *q. d.* Similiter agitur in regno cælorum, id est in Ecclesia militante in terris et tendente in cælum, perinde ac si rex faceret nuptias filio suo, etc. Nam alioqui regnum cælorum directe et præcise non est simile homini regi, sed humano regno. Vide Canonem 28. Fusc hæc parabolam pertractat S. Gregorius, hom. 38 in *Evang.*

Parabola regis ad Lucas, cap. XIV, 16. Unde Maldonatus censet hæc esse eandem cum illa; Mattheum enim hic non vultis. servasse ordinem historie. Verius S. Augustinus,

lib. II *De Consensu Evang.*, cap. LXXI; S. Gregorius, S. Thomas, Jansenius et alii censent aliam esse hæc parabolam ab illa Lucæ; vel certe eandem, sed his aliterque repetitam; conferenti enim utramque patet plura in iis esse diversa. Nam, ut alla taceam, Lucas asserit illam a Christo dictam in domo Pharisei, Mattheus vero hic publice in templo, ut patet ex cap. XXI, 23. Rursum Lucas nuptias hæc cenam vocat, Mattheus vero prandium; nisi respondeas cum S. Gregorio, *hom. 38* jam citata, ipsum prandium cenam vocari, quod apud antiquos hora nona, quæ ad vesperam et cenam vergit, prandium fieret.

3. ET MISIT SERVOS SUOS VOCARE INVITATOS AD NUPTIAS, ET NOLEBANT VENIRE.

4. ITERUM MISIT ALIOS SERVOS, DICENS: DICITE INVITATIS: ECCE PRANDIUM MEUM PARAVI, TAURI MEI